



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 8. Ignem Dei amicis vel parcentem, vel nocentem, Dei nomen ac gloriam propagare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

## §. VIII.

*Ignem Dei amicis vel parcentem, vel nocentem, Dei nomen ac gloriam propagare.*

S. Greg.

li. i. cap. ii.

Dial.

Quod verbum etiam fecit ignis, quando Martyrius omni alio vase destitutus, prunas ardentes, immo luculentum ignem pallio exceptum, longâ viâ, in montem, ad fratres suos, apportavit, nullo vstionis vestigio, in arida vestis materia, relicto. Qua de-

VViti-

ckind. lib.

3 hist. &

Baron. 10.

Tom. An.

849.

inde veste leprosum obtexit, & sanavit. Witi-kindus scribit, Haraldum Danorum Regem, à Popone Episcopo, ab idolis, ad fidem SS. Trinitatis antè non adductū, quàm eum videret, illæsis manibus, ferrum candens gestare. Eo miraculo ita est accensus Rex, ut vnicum DEVM trinumque & ipse profiteretur, & à toto regno iuberet adorari. Quod etiam DEO tres pueri, in fornacis flagrantia illæsi, effecerunt: & effecerunt alij quoque, quamvis læsi: inde enim

Niceph. li.

7. cap. 10.

testes, unde Martyres fuerunt. Nicephorus certè tradit, in quadam Phrygiæ ciuitate, ita religionis Catholicæ zelo arsisse ciues, ut vnâ cum liberis, vxoribus, & omnibus fortunis suis, ac tota insuper vrbe, maluerint in cineres redigi, quàm Maximini imperio, fidem negare. Qua de caussa eorum, tanquam

tanquam heroicorum Martyrum Christi, Festum 7. Februarij die, Ecclesia celebrat. Sic ignis, vel holocausto, vel miraculo laudat Conditorem. Holocaustum etiam fuit D. Laurentius, D. Pionius, & quotquot, per flammam, ad caeleste refrigerium, transierunt. Miraculum fuit Lot, è sulphureo Sodomæ incendio, eductus; & Abraham, quem Hebraei tradunt, quia ignem, quem Chaldaei colunt, adorare noluerit, in ignem missum, à Deo liberatum. Vnde &, in itinera-rio Romano, dicitur, *de vr Chaldaeorum*, hoc est, de igne eductus; & probatus sicut igne probatur argentum.

Gen. 19.

Vives in lib. 19. de Ciuit. ca. 15. Pro- uerb. 17. 3.

§. IX.

*Ignem quoque fulmineum saepe magis esse ad- splendorem, & auctoritatem, quam in damnum cadere.*

Ne autem fulmineam quis flammam magis indomitam esse existimet; est ea itidem à Deo nonnunquam colibita, ne sauiet.

*Mithridates Rex Asiae & Ponti, cum adhuc infantulus in cunis vagiret, collapsum fulmen fascias, quibus inuolutus erat, exussit, neq; ta- men, ipsum laesit, vestigium modò quoddam ignis in fronte relictum est, quod facile occultaret co- ma. Rursus, cum iam vir esset, ita propinquum*

Muret. li. 1. var. hist. cap. 1.